CATHOLICA CONCIO.

AN CHRISTIANVS ALIVD NIHIL,

quàm quod in uetere uel nouo Teſtamento expreſſè ſcriptum ſit, credere debeat:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ingolſtadij habita ad S. Mauritium,

A

D. MARTINO EISENgreinio, SS. Theologiæ Licenciato, & Eccleſiæ Moſpurgenſis Præpoſito:

Poſteà verò latinitate donata

PER

M. Hannardum Gamerium Moſæum, in Inclyta Academia Ingolſtadienſi Græcarum literarum Profeſſorem Ordinarium.

ANNO M. D. LXV.

1. Cor. 9.

Væ mihi, ſi non Euangeliza=
uero.

REVERENDO IN CHRISTO PAtri ac Domino, D. Georgio Neupeckio, Monaſterij Schyrenſis Abbati longè digniſsimo, Patrono & Mecœnati cùm primis colendo etc. Hannardus Gamerius Moſæus ſalutem precatur.

CVM NVper *D. Martinus Eiſengreinius ſuam de uerbo Dei ſcripto et non ſcripto edidiſſet concionem: Accidit ut fortè fortuna eius mihi copia fieret, quam, cum in manus ſum-*

1. Cor. 9.

Væ mihi, ſi non Euangelizauero.

REVERENDO IN CHRISTO PAtri ac Domino, D. Georgio Neupeckio, Monaſterij Schyrenſis Abbati longè digniſsimo, Patrono & Mecœnati cùm primis colendo etc. Hannardus Gamerius Moſæus ſalutem precatur.

CVM NVper *D. Martinus Eiſengreinius ſuam de uerbo Dei ſcripto et non ſcripto edidiſſet concionem: Accidit ut fortè fortuna eius mihi copia fieret, quam, cum in manus ſum-*

pſiſſem, non depoſui priuſquàm à principio uſq; ad finem diligẽter perlegerem, per ſingula membra diſponerem & per partes diu derem, omniaq́; argumenta iuſto ordir colligerem, collecta ponderarẽ: Non quòd de Authoris fide, quæ eſt certiſsima: uel de ingenio, quo uix maius in hominem cadit: uel de eruditione, quæ in eo quaſi ſuis numeris perfecta eſt, dubitarẽ: ſed quòd propter materiæ dignitatem, argumentorumq́; grauitatem & miram in dicendo felicitatem adeò inuitarer, ut eius lectione ſaturari uix potuerim, Nam licet cæteræ eius conciones, quas ille cum magno numero, & cũ maximo Reipublicæ Chriſtianæ fructu edidit, mirificè me, ſicut

& omnes Catholicos (qui etiam doctiſſimi eius in dicendo uim admirantur) delectare ſolent: tamen hæc uidebatur pluſculum afficere, quòd ex ea perſuaſione: quam hic noſter Author doctiſſimis confutat argumentis: hæreſes primò omnium natas eſſe conſiderarem. Quotquot enim hoc noſtro (proh dolor) infeliciſſimo ſeculo extant hæretici uel quotquot ante mille quingentos annos extiterũt, ſe, quod in ſacris literis non ſit expreſſè ſcriptum, negarunt credere: hoc unum obijciunt, hoc unũ allegant, hoc unum cantillant hoc unum aiunt, hoc unũ ſomniant. At hic noſter author quæ eius eſt ſingularis in dicẽdo docendoq; gratia, dùm manifeſtè aduerſarios firmiſſimis

pſiſſem, non depoſui priuſquàm à principio uſq; ad finem diligẽter perlegerem, per ſingula membra diſponerem & per partes diuiderem, omniaq; argumenta iuſto ordine colligerem, collecta ponderarẽ: Non quòd de Authoris fide, quæ eſt certiſſima: uel de ingenio, quo uix maius in hominem cadit: uel de eruditione, quæ in eo quaſi ſuis numeris perfecta eſt, dubitarẽ: ſed quòd propter materiæ dignitatem, argumentorumq; grauitatem & miram in dicendo felicitatem adeò inuitarer, ut eius lectione ſaturari uix potuerim, Nam licet cæteræ eius conciones, quas ille cum magno numero, & cũ maximo Reipublicæ Chriſtianæ fructu edidit, mirificè me, ſicut

&c omnes

& omnes Catholicos (qui etiam doctiſſimi eius in dicendo uim admirantur) delectare ſolent: tamen hæc uidebatur pluſculum afficere, quòd ex ea perſuaſione: quam hic noſter Author doctiſſimis confutat argumentis: hæreſes primò omnium natas eſſe conſiderarem. Quotquot enim hoc noſtro (proh dolor) infeliciſſimo ſeculo extant hæretici uel quotquot ante mille quingentos annos extiterũt, ſe, quod in ſacris literis non ſit expreſſè ſcriptum, negarunt credere: hoc unum obijciunt, hoc unũ allegant, hoc unum cantillant hoc unum aiunt, hoc unũ ſomniant. At hic noſter author quæ eius eſt ſingularis in dicẽdo docendoq; gratia, dùm manifeſtè aduerſarios firmiſſimis

rationibus & ualidiſſimis argumentis conuincit, ut mihi de multis ad Eccleſiam reducendis per hanc concionem ſpem faciam: neq; hæc ſpes eſt dubia aut incerta, ſimile enim aliàs contigit: nam per eiuſdem noſtri autoris conciones nuper uir quidam conuerſus eſt, qui 44. annos in ea ſe fuiſſe hæreſios errore, per literas huc ex Saxonia miſſas confeſſus eſt: Eiſengreinij uerò concionib. ſe reuerſum ad uerã et Catholicam Eccleſiã gloriatur. Sed redeat, unde aberrauit oratio. Cũ itaq; hæc concio mihi adeò placeret, decreueram primũ ex Germanica in Batauicã linguã uertere, hoc .n. modò multas animas poſſe Deo lucrari mihi, perſuadebam, Scio enim hac falſa aduer-

Per eius conciones editas.

ſariorum

ſariorũ perſuaſione tùm in ſuperiori, tùm in inferiori Germania, Anglia, Gallia, Polonia, Italia, Hiſpania, Morauia et alijs Regionib. multas animas ſubductas fuiſſe Eccleſiæ. Poſteà uenit in mentẽ me non uni inſeruire populo debere, ſed ſatius eſſe ſi omnib. gentibus conſulã, Ideoq́; arrepto calamo ipſam eandẽ concionẽ latinam feci ea, qua potui, diligentia et fide, nõ ad Ciceronis phraſes aut ſententias (ut ſtulti quidam hoc noſtro ſeculo ſolent interpretes) ſed ad Spiritus S. oracula mentẽ dirigens: Hanc igitur mi Patrone et Mecœnas, præ cæteris unicè colende tuæ Reueren: paternitati dedico, meq́; et Eiſengreinij concionem qualicunq́; modo latinam tuo

Patrocinio defendendam committo, nam tametſi parua & exiguá ſit concio quantitate, magnas multasq́ꝫ æquat dignitate. Beneuale, & me, ut incepiſti amare pergito. Ingolſtadij 4. Decembris die. Anno 1565.

Tuæ Reuerendæ paternitati

Deditiſsimus,

Hannardus Gamerius Moſæus.

GENE-

GENERO-
SIS, ET ILLVSTRI-

bus Dominis: D. Ludouico à Go-
metz: D. Ferdinando Alberto:
D. Joanni Alphonſo: D. Petro
Gonzales ab Hoyos fratribus Ger-
manis, Baronib. in Styxenſtain etc.
Dominis ſuis clementiſsimis: Mar-
tinus Eiſengreinius SS. Theo-
logiæ Licentiatus &c.

Pacem & gratiam in Chriſto Ieſu precatur.

VERVM EST, Generoſi & illuſtres Domi- ni Barones, quod in Threnis Thre.3. *apud Hieremiam legitur: Bonum eſſe uiro, cùm portauerit Domini iugum ab ado-*

leſcentia ſua. Quòd ſi talia exempla uel in hiſtorijs, uel in quotidiano uſu non haberemus, ſatis ſuperq; eá poßint in V.I.M. uideri & obſeruari. Nam uno ordine ſinguli, ab eo tempore, quo in hanc migraſtis Academiam, adeò uos in ſtudijs ſedulos, adeò bonis moribus conſpicuos & omnibus uitæ geſtibus decoros, adeò Catholicæ religionis (extra quã non eſt ſalus) diligentes imitatores præbuiſtis: ut profectò, ſi eo, quo incepiſtis, perrexeritis modo: Decora illa & honores á proauis ueſtris fœlicißimæ memoriæ acceptos amplificaturi ſitis.

Quæ autem id cauſa efficit? nulla alia, generoſi Barones, quám quòd diuina gratia (cui meritò in omnibus rebus primæ tribuuntur partes) V.I.M. ab ineunte ætate iugum domini portandum ſuſcepit: hoc eſt: quòd á pueris non domi tenere apud matrem educata, ſed ad exteras nationes miſſa ſit: Vbi, pro diſciplinis & moribus formandis, ijs præceptoribus committitur, qui per ſe honeſti, Catholici & doctißimi uiri multis præclaris Virtutibus ornati ſunt. Quarè etiam ipſi nihil æquè curant, quám ut in religione Catholica, in pietate, & omni modeſtia & probitate V.I.M. poßit adoleſcere: Vnde V.I.M. eò maiores Deo Opt. Max. debet gratias, quòd duos tám idoneos, tamq; fideles præceptores ſortita ſit. Præceptores uicißim, Dei

aſcribant beneficio, quòd ijs diſcipulis præſint, quibus tam benè locarunt ſedulitatem & laborem: ut inter eos nullus ſit, de quo ſibi nihil præclarum & ſingulare aliquid poßint promittere, modò in pietate, obedientia, diligentia, eos progreſſus, quos hactenus cum laude & ſumma admiratione fecerunt, abſoluerint, & iugum Domini à pueris ſuſceptum non abiecerint: Ego quoq;, pro meo officio quo hic ueſtrarum animarum curam habens fungor paſtorali, de eo perferendo V. I. M. admonitam uelim. Incredibile enim dictu, neq; huius epiſtolæ breuitas, id oſtendere permittit, quàm ſit utile & ſalutare, ſi quis ſub bonis & doctis præceptoribus in uirtute, pietate, & ſtudijs proficiat.

Vnum tamen ſilentio præterire non poſſum, rogoq; ueſtram Generoſam magnificentiam, ut ipſum audiat, & diligenter obſeruet: Quod quis in pueritia facere conſueuit, ad id per omnem ætatem adeò procliuis eſt, ut cùm maximè uelit dediſcere, non poſſit propter agendi conſuetudinem. Idem teſtantur literæ: Filij tibi ſunt? erudi illos & cura illos à pueritia illorum. Nam (ut alibi dicitur Eccle. 7.

tur

tur) ſicut mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus uarietates ſuas, ſic benefacere poſſunt, qui
Hier.13. *didicerunt malum.* Longè uerò alia eſt ratio in *iunioribus, qui, dum ſunt impuberes, ad omnia ſunt idonei.* Sicut enim planta uel frutex, qui, in quamcunq; duxeris partem, excreſcit, arbor autem adulta: ſi in ſiniſtram uel dextram partem plus, quàm conſueuit, inclinetur: frangitur: Sic etiam multùm refert, quibus moribus, cui conſuetudini homines à pueris, aſſuefiant: Non deſunt eximij uiri, qui adoleſcentum animos & tabulam uacuam eodem modo ſe habere ſentiant: nam quod in ea omnium primum pingitur uel ſculpitur, firmiter adhæret & difficile expungitur: Itidem in membranis ſcriptum, qualicunq; eradatur, aut deleatur modo, ſemper poſt ſe aliquod relinquit ueſtigium: Sic etiam quod quis in iuuentute addiſcit aut aſſueſcit, per omnem ætatem retinet & obſeruat: Quare qui in ſenectute bonus & pius haberi deſiderabit, aut uirtute præ reliquis excellere uolet: conſultè fecerit, ſi in adoleſcentia ſua iugum domini portandū ſuſcipiat: Hoc eſt, ſi à pueris, illis uirtutibus animum ſuum imbuat, quæ, tametſi maximè cupiat, ſubitò comparari non poßint.

Non dicam hic, quod is, qui ſe à teneris unguiculis in pietate & omni uirtutum genere exercuit, Math.1. non modò Deum ſibi benignum conciliet (nam Diuinæ maieſtati gratius eſt, ſi iuuenis, qui luxuriæ Num.18. & peccato uacare poſsit, à libidine & peccato alienus ſe in officio teneat: quam ſi aliquis, dum illis uacare nõ poteſt, prouecta ætate decrepitus & emeritus ſenex ſe ad uirtutem et Deum conferat) ſed talis Eccle.51. etiam tranquillam & ſecuram cõſequitur mentem, quæ, ut inquit ſapiens, quaſi iuge conuiuium eſt.

Nam dum ſurſum oculos in cœlum tollit, Dei reminiſcitur & lætatur ex animo, quòd ab ipſa pueritia, ad præſentem uſq; ætatem ſciens, prudensq; non peccauerit, & quòd pro ipſo, ſi quod per imbecillitatem peccatum admiſit, pœnitentiam egerit, ideoq; ſe ſperare admiſſi ſceleris remiſsionem: Sicut ſcriptum eſt: Si confiteamur peccata Pro.15. noſtra: fidelis eſt, & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra. 1. Ioan.1.

Si deorſum ſpectet, flammas & pœnas inferni recordatur, in quem nemo: qui à pueritia iugum domini portauit, aut, qui pro peccatis pœnitentiam egit: deſcendit.

Si poſt ſe uideat, tranſacta tempora in mentem

uocat

tur) ſicut mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus uarietates ſuas, ſic benefacere poſſunt, qui
Hier.13. *didicerunt malum.* Longè uero alia eſt ratio in iunioribus, qui, dum ſunt impuberes, ad omnia ſunt idonei. Sicut enim planta uel frutex, qui, in quamcunq; duxeris partem, excreſcit, arbor autem adulta: ſi in ſiniſtram uel dextram partem plus, quam conſueuit, inclinetur: frangitur: Sic etiam multùm refert, quibus moribus, cui conſuetudini homines à pueris, aſſueſiant: Non deſunt eximij uiri, qui adoleſcentum animos & tabulam uacuam eodem modo ſe habere ſentiant: nam quod in ea omnium primum pingitur uel ſculpitur, firmiter adhæret & difficile expungitur: Itidem in membranis ſcriptum, qualicunq; eradatur, aut deleatur modo, ſemper poſt ſe aliquod relinquit ueſtigium: Sic etiam quod quis in iuuentute addiſcit aut aſſueſcit, per omnem ætatem retinet & obſeruat: Quare qui in ſenectute bonus & pius haberi deſiderabit, aut uirtute præ reliquis excellere uolet: conſultè fecerit, ſi in adoleſcentia ſua iugum domini portandū ſuſcipiat: Hoc eſt, ſi à pueris, illis uirtutibus animum ſuum imbuat, quæ, tametſi maximè cupiat, ſubitò comparari non poßint.

Non

Non dicam hic, quod is, qui ſe á teneris ungui-culis in pietate & omni uirtutum genere exercuit, non modò Deum ſibi benignum conciliet (nam Diuinæ maieſtati gratius eſt, ſi iuuenis, qui luxuriæ & peccato uacare poßit, á libidine & peccato alienus ſe in officio teneat: quam ſi aliquis, dum illis uacare nõ poteſt, prouecta ætate decrepitus & emeritus ſenex ſe ad uirtutem et Deum conferat) ſed talis etiam tranquillam & ſecuram cõſequitur mentem, quæ, ut inquit ſapiens, quaſi iuge conuiuium eſt. Math.1. Num.18. Eccle.51.

Nam dum ſurſum oculos in cœlum tollit, Dei reminiſcitur & lætatur ex animo, quòd ab ipſa pueritia, ad præſentem uſq; ætatem ſciens, prudensq; non peccauerit, & quòd prò ipſo, ſi quod per imbecillitatem peccatum admiſit, pœnitentiam egerit, ideoq; ſe ſperare admißi ſceleris remißionem: Sicut ſcriptum eſt: Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt, & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra. Pro.15. 1. Ioan.1.

Si deorſum ſpectet, flammas & pœnas inferni recordatur, in quem nemo: qui á pueritia iugum domini portauit, aut, qui prò peccatis pœnitentiam egit: deſcendit.

Si poſt ſe uideat, tranſacta tempora in mentem

uocat, exultans, quod illa tam benè id eſt pietati, diſciplinis honeſtis & ſtudijs locauerit.

Si ante ſe proſpiciat, de futuris cogitat temporibus exultans denuò, ſiquidem tunc ſecum conſtituit, nõ minus benè futura, quam præterita, locare. Breuiter, quocunq; ſe conuerterit, lætum habet animum & ſecuram conſcientiam: Tam utile & ſalutare eſt ab ineunte ætate portare iugum domini.

Cùm igitur, Generoſi domini, ueſtra Celſitudo, hactenus ipſum portauerit, ut per ſuam in ſtudijs diligentiam & per ardentem ſuum ergà Catholicam religionem zelum, non ſolùm alijs nobilibus & Dominis in hac noſtra Academia degentibus exemplo, uerùm etiam mihi maximè uoluptati fuerit: Non potui ex uero & ſyncero animi mei affectu non adhortari, ut in hoc bono propoſito pergeret, & antè omnia ſacris & concionibus Catholicis, quemadmodum hactenus conſueuit, ſedulò interſit, & libenter audiat, omnemq; ætatem, maximè uerò adoleſcentiam, cui reliquæ uitæ partes plæ-
Pſal. 110. runq; reſpondere ſolent, dirigat. Nam ſi hoc faciat, non dubito (cùm Regius uates timorem domini eſſe initium ſapientiæ dicat) quin, diuina fauente clementia, eam ſapientiã & iudicium de ſacris &

profanis

profanis habitura ſit: ut ad utranq; politiam gubernandam idonea ſuo tempore adhibeatur. Cui de V. I. M.*ominationi Spiritum ſanctum & dominicam benedictionem precor,ſimulq;* V.I.M. *hanc miſſam concionem nuper hîc à me habitam nuncupo. Spero autem Illuſtrem ueſtram magnificentiam aliquid ex ea percepturum,quod,ad noſtram Religionem Catholicam confirmandam faciat: nam in ea, quod propriè uerbum Dei ſit, expono, & illorum errorem,qui nihil credendum putant, quàm quod in ſacris expreßè ſit ſcriptum literis, mea ſententia, planè confuto. Obſecro Veſtram Generoſam Celſitudinem,ut illam boni conſulat,&, dùm à ſtudijs uacabit,diligenter perlegat, Quod ego aßiduis de* V.I.M. *meis precibus promereri ſtudebo. Datum Ingolſtadij* 10. *Octobris Anno* 1565.

EVANGELIVM POST ASCENſionis, Dominica prima, quæ eſt ſexta poſt Paſcha.

Iohan. xv.

CVM AVtem venerit Paraclêtus (quem ego mittã vobis à Patre) ſpiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me,

& vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. Hæc loquutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini. Abſq; Synagogis faciét vos: ſed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo: & hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neq; me. Sed hæc locutus ſum vobis, vt, cum venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

EXPLI-

EXPLICATIO.

CVR HODIERNO DIE
iſtud prædicetur Euangelium:

E T

An Chriſtianus aliud nihil,
quàm quod expreſſè in uetere uel
nouo Teſtamento ſcriptum
eſt, credere debeat.

HOc quoq; Euangelium ex pręclara illa concione, quam Chriſtus poſt ultimam cœnam habuit, eſt exceptum; &, ſi ordinē conſyderemus (ut Ioannes tradit) tribus, quæ proximè pręteritis dominicis diebus prædicata ſunt, Euangelijs præponitur. Certas autem ob cauſas huic ultimæ diei Dominicæ reſerua-

tum & conſecratum eſt, quod æqua partitione ſit medium inter Aſcen- ſionis Chriſti et Pentecoſtes feſtum, partim cum præcedenti, partim cum ſequente conueniens, quódq; occa- ſionem perpendendi præbeat, quid Aſcenſionis feſto acceperimus, & quid Pentecoſtes die accepturi ſi- mus & quales deinde futuri.

Cum venerit Paraclêtus (ait Chriſtus) quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veri- tatis, qui procedit à Patre, ille teſtimoniũ perhibebit de me.

Hęc uerba ad Pentecoſtes feſtum re- ſpiciunt, quo primùm die perfectiſsi- mè conſummata ſunt. Cũ itaq; non parùm noſtra interſit, cúmq; ſacro- ſancta

ſancta Chriſti Reſpublica nihil ferè hac conſummata promiſsione uel maius, uel dignius acceperit: non poterit uerè Chriſtianus hunc diem Dominicum (qui eſt inter promiſſum & miſſum Spiritum ſanctũ medius) alicui rei utilius & melius locare, quàm ſi promiſſum & miſſum Spiritum ſanctũ denuò ſibi ob oculos ponat, & in mentem reuocet: Sic enim erit, ut Pentecoſtes feſto de Sancto ſpiritu promiſsionem conſummatã audiens, eò magis admiretur, lætius exultet, humilius Deo gratias agat. Partim quoq; huic ultimæ Dominicę in illum finem hoc Euangelium reſeruatum eſt, quod Spiritus ſancti promiſsionem eximiè prędicet.

Ratio cur hoc Euangeliũ hodie prædicetur.

Quòd uerò in hodierno Euan-

gelio ſequitur: Hęc locutus ſum vobis, vt nõ ſcandalizemini, abſq; ſynagogis faciẽt uos etc. Relegat nos ad illa uerba, quæ Chriſtus ante aſcenſionẽ ſuam locutus eſt hoc modo: Euntes in mundum uniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ: ex quo præcepto nihil ſperare potuerunt, quam uarias contumelias, inſidias et perſecutiones mali & peruerſi mundi, qualiter ipſi Chriſto etiã accidiſſe ſciebant & uiderant.

Chriſtus ſuos cõſolatur diſcipulos.

Non tñ eo Chriſtus modo uoluit ipſos dubios & ſuſpenſos tenere, ne futurę perſecutionis formidine labefactentur, deſperent, uel Chriſtũ abnegent, aut falſam opinionẽ puſillanimes de eo cõcipiant: Quapropter hodierni diei Euangelio ipſos conſolatur. Primò

Primò, quòd Spiritũ ſanctum pro- mittat, qui pòſt Chriſti diſceſſum ipſis in omni tormentorũ & perſecutio- nũ genere certiſsimus adſit auxilia- tor & cõſolator, unde etiam, ſuis lo- quens, ipſum τὸν παράκλητον appellat. *Prima cõſolatio.*

Secundò conſolatur ipſos à ſua in- nocentia, dum ait: Hæc facient vobis quia non nouerunt Pa- trem neq; me, quaſi diceret: Si huiuſmodi homines Deũ noſcerent, proculdubio, dei ſamulis et miniſtris non modò nõ inſidiarentur, ſed coſ- dem in ſumo honore & precio ha- berent. Quarè bono eſtote animo, ſi qñ uos à Synagogis alienos factos atrociſsimè de ciuitate in ciuitatẽ per ſequantur uel etiã interficiant, quan- doquidẽ hæc omnino inculpati, non propter admiſſum crimẽ, ſed propter *Secunda cõſolatio.*

Patris mei & meum nomen patiemini. Nam licet ignominioſa nota eſt quæ hominibus propter admiſſum ſcelus inuritur, tamen propter Deum, propter Chriſtum & propter iuſticiam pati, inhoneſtum eſſe non poteſt.

Tertia cõſolatio. Tertiò, conſolatur ipſos dùm tempeſtatem euenturã & ingentes perſecutiones prędicit, ubi ait: Sed hęc locutus ſum vobis, vt, cùm venerit hora, eorũ reminiſcamini, quia ego dixi vobis. Ita enim à natura comparatum eſt, ut caſum aut infortunium præſcientes minus afficiantur, quàm ſi aliquid ex improuiſo eueniat, unde latini ἀλληγορικῶς dicere conſueuerunt. Tela præuiſa minus feriunt.

Bono

Bono itaq; & iuſto ordine hoc Euangelium inter hæc duo feſta medium huic diei reſeruatum eſt, ſiquidem eius inſtitutio utriq; communis eſt.

Volumus itaq; & hæc & alia, quæ de hoc Euangelio in medium adferri poſsint, omittere, & tantummodò conſiderare, quánam de cauſa Dominus Chriſtus denuò ſuis diſcipulis Spiritum ſanctum promiſerit. *Ioan. 14.*

Chriſtus ſæpius ſanctum promiſit Spiritũ ſuis diſcipulis.

Promittit eum in Ioanne ſuos diſcipulos ſic alloquens: Si diligitis me, mandata mea ſeruate, & ego rogabo patrem & alium Paraclctum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum. Præterea alio in loco ipſis eum promittit ſic inquiens: Cum autem uenerit ille Spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatẽ. Item *Ioan. 15. 16.* *Ioan. 15.*

alibi his uerbis: Si enim non abiero Paraclêtus nõ ueniet ad uos, ſi autẽ abiero mittam eum ad uos. Vt breuiter dicam, diuerſis in locis eum promittit, ſed diu multumq́ promiſiſſe parum ratus denuò de ipſo uerbo facere in hodierno Euangelio ſic incipit.

Cum uenerit Paraclêtus, quem ego mittam uobis à Patre &c.

Sed hoc non ſine cauſa acciderit, nam quod Chriſtus Dei potentia & ſapientia loquitur, maxima cum ratione fieri neceſſe eſt. Quæris igitur quæ illa ſit? Ipſe Dominus noſter Chriſtus in hoc ipſo Euangelio illam oſtendens ſic ait: Ille teſti-

monium

monium perhibebit de me. Hæc nimirùm eſt ratio, cur Chriſtus toties Apoſtolis Spiritum S. promiſerit & promiſſum dederit. Quomodò uerò, mi Chriſte, Spiritus ſanctus de te teſtimonium perhibebit? Tu, mea ſententia, uniuerſo eo tempore, quo inter homines humano more uixiſti, ſatis ſuperq́ꝫ dictis, factis, orationibus & prodigijs de te locuples teſtimonium perhibuiſti, ideoq́ꝫ uidêris aliorum teſtimonio carere poſſe & per te ipſum teſtimonijs habendis ſatisfactum eſſe.

Cur Chriſtus ſæpius Spiritum S. promiſerit.

Audiſtis, chariſsimi, dominica quarta pòſt Paſcha, Chriſtũ, poſtquã de ſe mundũ relicturo ſuis diſcipulis multa diceret, inter cætera locutum eſſe, quód multa adhuc haberet illis dicere, quæ modò portare non poſſent.

Sed

Sed cum tandem illos ea ſcire neceſſe eſſet, noluit eos diutius ſuſpenſſos tenere, & quamuis ante diſceſſum ſuum talia præſens docere non poſſet, uoluit mox Spiritum ſanctum mittere, qui in talibus docendis eius uicem ſuſtineret, patefaceret ac omnem ueritatẽ doceret. Hoc ipſum de nuò ſuos dilectos diſcipulos uult ex hodierno Euangelio diſcere, ubi ait: Cum uenerit Paraclêtus (quẽ ego mittam uobis à Patre) Spiritus ueritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me. Quaſi diceret: Satis quidem locuples teſtimonium dictis, factis, & portentis à me editis perhibui de me, ab eo tempore,

pore, quo uos mecū eſtis, ita ut iam ſcire debeatis, quis ſim, quidq́ uos credere aut facere oporteat: Nihilominus infirmo ueſtrorum ingeniorum captu alijsq́ cauſis grauiſsimis motus, multa uobis celaui, de quibus adhuc nihil docui. At, ne per hoc uobis quidquam deſit, ſuo tempore Spiritum Sanctum mittam uobis, qui, ſicut & audiuiſtis & didiciſtis ex me, teſtimonium perhibebit de me: & ea quæ aliquandò uobis meæq́ Eccleſiæ conducant demonſtraturus docebit uos, quæ uel modò neſcitis uel modò non intelligitis.

Quomodo Spiritus S. de Christo teſtimoniū perhibeat.

Poſteà Chriſtus hiſce ſuis promiſſis adeò fideliter ſatisfecit, ut ipſo, pentecoſtes feſto aſpectabili ſpecie ſuis Apoſtolis Spiritū ſanctum impertiente omnes populi attoniti mirarentur. Præterea

Acto. 2.

Prętereà non omnia ſimul Apoſtolis per Spiritum ſanctum ilicò patefecit, ſed ea tantũ quæ tunc temporis erant neceſſaria: Hinc ipſos eo tempore minus neceſſaria, poſteritati olim patefacienda, cœlauit.

Sic Dominus noſter Chriſtus Apoſtolos nuſquam docuit ritus Moſaicæ legis abrogandos eſſe: ſed potius uiſus eſt docere contrarium, ubi ait, ſe non ueniſſe ut legem ſoluat, ſed ut impleat. Nam & Petrus diu poſt Chriſti aſcenſionem eius fuit opinionis & ſententiæ, quòd ſoli Iudæi gratię Chriſti poſſent eſſe participes. Quid uerò conſecutum eſt? Spiritus ſanctus pòſt Chriſti aſcenſionem de hoc teſtimonium perhibuit, &, poſtquàm Hieroſolymis in concilio primo ſimul conueniſsent, ipſos,

Math.5.

Acto.10.

ipſos, quam ipſe Chriſtus non pateſecerat, ueritatem docuit, uidelicet: non opus eſſe ex legis præſcripto uiuere. Vnde huius concilij ſentẽtiam confirmare, & de confirmato ueré & ex animo pronunciare non dubitarunt ἔδοξεν ἡμῖν καὶ πνεύματι ἁγίῳ .i. placuit nobis & Spiritui ſancto.

Sic neq; Apoſtolis Chriſtus mandauerat, ut ſeptem homines (diaconos) diſpicerent, qui uerbi & eccleſię miniſterio præeſſent, ne diſsidium inter Chriſtianos oreretur, neu ſint, qui in quotidiano miniſterio prętermitterentur? Sed, rei neceſsitate poſtulante, et tẽporis occaſione admittente, de hoc quoq; Spiritus Sanctus teſtatus hanc ueritatem, Hieroſolymis iterũm habito concilio, docuit. Act. 6.

Sic Chriſtus Apoſtolis non mo- *Mat. ult.* dò non mandauit, ut baptizarent in nomine Ieſu, uerùm etiam modum & formulam in baptiſmo obſeruandam præſcripſit, in nomine uidelicet Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizandum eſſe. Suo autem tempore de hoc quoq; teſtatus Spiritus Sanctus, hanc ueritatem Chriſti diſcipulis aperuit, quemadmodum in actis *Act. 8.* Apoſtolicis ſcriptũ legimus, nempe ut Baptizent in nomine Ieſu, eam, proculdubio, ob cauſam, quod per hoc unum nomen fiat integræ deitatis confeſſio, ut (quemadmodum *Baſilius ad Amphilochiũ cap. 12. Amb. lib. primo de Spiritu S. cap. 3.* Baſilius & Ambroſius ſentiunt) in primitiuæ Eccleſiæ cordibus fidelibus nomẽ & Ieſu potentia altius radices ageret. Similiter quoq; Dominus noſter Chriſtus nuſq; Apoſtolis

ſtolis mandauit, quales orantes uiri pariter & mulieres ſe in Eccleſia exhibere debeant, Spiritus ſanctus autem de hoc denuò teſtatus per Paulum hanc ueritatem docuit, uirum nempe orantem non debere caput ſuum uelare, quia imago & gloria Dei eſt: Mulierem uerò orantem non debere uelamen habere ſuper caput ſuum propter Angelos. 1.Cor.11.

Vbi Chriſtus ſeruator noſter indicauit Apoſtolis quid faciendum eſſet, ſi in coniugio alter à Chriſtiana fide diſſentiat? 1.Cor.7.

Item an Deaſtrorum uictimis ueſci liceat? Nuſquàm profectò de his apud quatuor Euangeliſtas aliquid ſcriptum inuenies. 1.Cor.8.

Sed poſteà Spiritus ſanctus de his, ſicut & de alijs, teſtatus hanc ueritatem

tem p̱ diuũ Paulũ docuit, qui de illis in priore Epiſtola ad Corint. ſcripſit.

Vbi Chriſtus docuit Apoſtolos, nõ eſſe concedendũ mulieri, ut concionib. Eccleſiaſticis, aut populis docendis preſit? nuſquam profectò. Sed pòſt Chriſti aſcenſionẽ de hoc teſtatus Spiritus ſanctus hanc ueritatem (prout in eius Epiſtolis uidere eſt) nobis per S. Paulum patefecit.

Vbi Chriſtus Apoſtolos monuit, illum, qui ſecundò uxorẽ duxerit, ad Epiſcopatum nõ admittendum eſſe? Nuſquam tale quippiam à quatuor Euangeliſtis ſcriptum inuenies. At Spiritus ſanctus de hac ueritate (ſicut & de alijs planè & piè teſtatur) Chriſto uolente diuum Paulum docuit, Paulus porrò docens nos omnes inſtituit, ubi ſic loquitur:

Tert. lib. priore ad uxorẽ de de exhortatione caſtitatis et de monogamia.

Epiſcopus

Epiſcopus ſit vnius vxoris vir. Hæc autẽ uerba omnes ſancti Patres & doctores Eccleſiæ nõ aliter ſonare intelligũt, quàm quòd per ea ab Epiſcopatu excludantur, qui, pòſt primam uxorem mortuam, quam uirginem duxerant, ſecundò matrimonium contrahũnt.

Orige. hom. 17. in Lucã. Chryſoſt. hom. 10. ad Timo. & Titũ. Hier. li. 1. cõtra Iouinia. & ad Titũ. Amb. li. 1. de offi. ca. 56. & Epiſt. 82. Theop. in 1. Tim. 3. Euſebi. de demonſtr. Euang. li. 1. cap. 9.

Sic etiam alia Spiritus ſanctus de Domino noſtro Chriſto, deqꝫ Chriſtiana religione teſtatus eſt, & poſt aſcenſionem Chriſti multa reuelauit Apoſtolis, de quibus anteà Chriſtus coràm uerba non fecerat, quemadmodum ipſis in hodierno pollicetur Euangelio.

Multa S. Spiritus docuit, de quibus nihil ſcriptum eſt

At uerò nõ ſolis Apoſtolis uerùm omnib. illorũ ex ordine ſucceſſorib. utpote Epiſcopis, ſpiritualib. Chriſtiani gregis paſtorib. ex æquo ueritatis

cognitionem tribuit, de qua neq; Chriſtus locutus eſt, neq; Apoſtoli in ſuis ſcriptis meminerunt, neq; ulla in ſacris literis expreſſè facta eſt mentio.

Quæris quinam hi ſint articuli: ex multis paucos recenſebo.

De ſancta Trinitate

Vbi in ſacris literis Chriſtum uel Apoſtolos expreſſè de Trinitate docuiſſe demonſtrabis, quòd Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus ſint unus Deus, coæquales diuina ſubſtantia, Gloria & honore, ſapientia, potentia, maieſtate, ſed tamen tres perſonę diuerſæ: nuſquàm hoc uel in Apoſtolicis ſcriptis uel ſacris literis expreſſè ſcriptū inuenies. Vnde non modò ſuperioribus temporibus Hęreſiarcha damnati nominis Arrius talem Trinitatem eſſe negauit:

gauit: ſed etiam hac noſtra ætate Seruetus Geneuę in Francia, Lucas Sternberger in Morauia, Georgius Brandata & Petrus Statorius in Polonia huiuſmodi extiterũt, qui Trinitatem uel negarent, uel piæ de ea ſententiæ pertinaciter reſiſterent. Prætereà uir quidam apud recentiores Chriſtianos doctiſsimus (cuius nomini certas ob cauſas parco) quem noui & uidi, docuit neq; Chriſtum, neq; Spiritum ſanctum, ſed ſolum patrem per Chriſtum & per Chriſti nomen inuocandum eſſe, idq; ea ratione, quòd nuſquàm expreſſè in ſacris literis ſcriberetur.

Nuſquam (prout poſtulas) tàm expreſſè in ſacris literis ſcriptum legi

confiteor: Sed Spiritus ſanctus pro-
miſsionem Chriſti de hoc poſteà te-
ſtatus eſt: Et nos per ſanctos Patres
& defenſores Eccleſiæ (qui ex om-
nibus mundi partibus collecti ad ge-
nerale & ſanctiſsimũ primum Nice-
num Concilium cõuenerant) hanc
ueritatem adeò expreſſè docuit, ut,
neq; antè, neq; pòſt, ullus piè Chri-
ſtianus dubitare potuerit.

Conc. Nicænum.

Spiritus ſanctus quis ſit.

Vbi in Euangelio aut Apoſtolorũ
ſcriptis expreſſe ſcriptum legis, Spiri-
tum ſanctũ à Chriſto uel Apoſtolis
Deum appellari? profectò nuſquam
inueneris. Vnde etiam Macedonius
hæreticus nõ paſſus eſt illi hoc nomẽ
tribui, uerùm poſtmodò ipſe Spiritus
ueritatis, ſecundo Cõc: Cõſtantinop:
celebrato, manifeſta ſatis demon-
ſtratione uſus eſt, quæ meritò omni
Chriſtiano

Gr. Naz. li. 5. Theolog. Hiſt. trip. li. 5. cap. 10. Photius in Epi. ad Michaelẽ Bulgariæ Principẽ de 7. œcumenicis Cõcilijs.

Chriſtiano certiſsimam fidem faciat.

Quo loco ſcripturæ probare poſſis, Spiritum ſanctum à Patre filioq́ procedere? certè ne unã quidem literam, planam & expreſſè de hoc ſcriptam monſtraueris, unde etiã uſq; ad hunc diem græca Eccleſia nõ credit. Deo uerò Opt: Max. cum humilitate maximas debemus gratias, q nos in hoc errare nõ paſſus, Sanctum miſit ſpiritum, qui de hoc teſtimoniũ perhibuit, & hanc ueritatem (quæ neq; in nouo neq; in uetere Teſtamento traditur) in ſanctiſsimo Niceno Cõcilio ſecundo ſic patefecit, ut omnis homo Catholicè Chriſtianus tam ſciat, quid de hoc ſenſurus et crediturus ſit, quàm ſi apertis & diſertis uerbis in ſacris Biblijs ſcriptum extaret. Cõc. Flor. Seſſ. 7.

Vbi tu expreſſè ſcriptũ monſtrabis

quòd Chriſtus ſit uerus homo & ſimul Deus, quòdq; Beatiſsima uirgo Maria, Dei mater dicenda ſit: profectò nunquàm demonſtraueris, imò uidetur potius quaſi contrarium inueniri. Quarè Neſtorius hæreticus docere nō eſt ueritus in Chriſto duas perſonas eſſe, & Mariã non θεοτόκον ſed tantùm χριστοτόκον credi opertere. Verùm Sanctus ſpiritus de hoc quoq; teſtimonium perhibuit, & hanc ueritatem, omni dubio per Epheſinum Conciliũ ablato, dignatus eſt planiſsimis indicijs oſtẽdere.

Math.16. Luc.2. Ioha.19. Acto.1. Cyrill. Epi.t.1. Tom.4. Vincent. Lyrinen. de Conc. Epheſi. Chriſtus habet duas naturas.

Vbi legis in ſacris literis Chriſtum et Apoſtolos docuiſſe, in Chriſto duas naturas eſſe, utpote humanam & diuinam: nuſquam profectò in nouo Teſtamento ſcriptum inueneris. Quarè multa ſecula Eutiches hæreticus

hæricus exclamabat, ſe ideó in Chriſto duas perſonas non credere, quia nuſquam in ſacris literis traderetur. At uerò Spiritus ſanctus denuò huius rei teſtis fuit, & hanc ueritatem, cuius Chriſtus apud Apoſtolos non meminit, in Concilio Chalcedonæ anno 443. celebrato, Patribus & Doctoribus Eccleſiæ patefecit. Vt compendio utar, poſt aſcenſionem Chriſti Spiritus ſanctus de Chriſto & de Chriſtiana religione plurima confirmauit, Apoſtolisq́ & eorum ſucceſſoribus .i. Epiſcopis & Spiritualibus Paſtoribus, maximè ijs, qui in Chriſti nomine ex omnibus chriſtiani mundi partibus collecti conuenerant, multa indicauit, de quibus neq́ Chriſtus præſens Apoſtolis quippiã dixit, neq́ nos Apoſtolicis libris

Sanctus Spiritus de Chriſtiana religone in Concilijs teſtimonium perhibet.

libris mandatum inuenimus. Vnde ipſos huiuſmodi ab Apoſtolis habere expreſſè probari poſsit. Imò uniuerſæ ſacræ literæ in dubium uocari poſſent, ſi non ipſis Spiritus ſanctus teſtimonio fuiſſet. Vnde enim tibi cõſtat, quatuor tantum Euangelicæ hiſtoriæ ſcriptores & nõ plures eſſe? Vnde, precor, didiciſti, Matthæi Euangeliũ, ab ipſo Apoſtolo Matthęo & non ab alio aliquo ſcriptum, ipſumq́; purũ putum uerbũ Dei eſſe? Certè in uetere uel in nouo teſtamento nihil hac de re ſcriptũ comperies. Hinc quidã extiterũt, qui (Euſebio, Irenæo & Origine teſtibus) D. Pauli epiſtolas omnes, omniaq́; ueteris teſtamẽti ſcripta reiecerũt: Ebionitæ (ut Tertullianus tradit) ſolius Matthæi: Marcioniſtæ ſolius Lucæ probarunt

Euſeb. lib. 3. Eccle. hiſt. cap. 27. et lib. 6. cap. 18. Iren. lib. 1. cap. 28. Orig. in 82. Pſal.

probarunt Euangeliũ. Nazaræi (teſte Nicephoro) unũ Hebræum probantes, alia reiecerunt omnia. Gnoſtici (ut teſtat Epiphanius) Philippi: Manichęi, Thomę & aliorũ acceptarunt Euangeliũ; & ea, quæ nos pro Authenticis & (ut ſunt) ueris agnoſcimus, illi cõtrà reiecerũt. Quid, precor, hic Manichęis, Gnoſticis, Nazaręis, Marcioniſtis, Ebionitis & alijs ſacram ſcripturã reijcientib⁹ reſpõdeas: dic, obſecro, quomodò probes ueteris et noui teſtamẽti ſcripta (ſicut nos ea habemus) ꝑ Sacroſanctis, & Canonicis quæ Dei uerbum doceant, haberi debere: Cõtrà, alia ſcripta, quę illi paſsim offerũt, reijciẽda: De his ꝑfectò in ſacris literis nihil inueneris.

Tertull. contra Marcio. Niceph. lib. 3. cap. 13 Epiphan. in Valent.

In ſacris quidem literis nuſquã hoc legitur, Apoſtolicis & Euangelicis

nihil

nihil de hoc reſtantibus, Scriptis: Ita tamen rem ſe habere certò confidimus: neq; quiſquàm ſyncerè Chriſtianus unquã dubitauerit, quin Euangelia, ſub Matthæi, Marci, Lucæ & Ioannis nomine, unà cùm reliquorum Apoſtolorum ſcriptis diuina ſint, ſacroſancta ſint, & Canonica ſint. Cur? inquies. Quia Spiritus ſanctus illa confirmauit, iſtamq; ueritatem in ſanctiſsimis Concilijs Nicæno, Laodiceno, Africano, ſic aperuit, ut talia non modò nõ ſine maxima impietate & Blaſphemia, in dubium uocari poſsint, uerum etiam ut (tametſi nullo ſcripto probentur) omnes pij Chriſtiani ipſa pro puro Dei uerbo unanimiter amplectantur. Cùm igitur multa credas, quæ nuſquàm in ſacris literis ſcripta repe-

rias;

rias? Qua fronte? qua uoluntate auſus es dicere, nihil credendum eſſe, quòd ſacræ expreſſè non teſtentur literæ?

Credis ſanctam Trinitatẽ, eamq́ ueneraris? Chriſtum credis conſubſtantialem patri, duas naturas unam uerò perſonam habere? Spiritum S. eſſe Deum ais, & ipſum à patre filioq́ procedere non negas? nuſq́ tamẽ hos articulos ſicut & multos alios in ſacris literis expreſſè inuenies. *Euãgelici multa credunt, quæ non expreſſè ſcripta ſunt.*

Quid tu uerò expreſſè in literis ſcriptum uocas? pueros baptizare, & eoſdẽ corporis & ſanguinis Chriſti Sacramento priuare?

Quæ ſcriptura expreſſè teſtatur, quòd Chriſtus mortuus ad infernum deſcenderit? quòd, ſicut alij homines, ex quatuor elementis cõſtet?

quòd

quòd Maria Mater Chriſti pòſt partum uirgo inuiolata permanſerit: quòd Baptiſmo exorciſmus: ſignum crucis: & huius uel illius Sacramenti adminiſtratio adhibenda ſit: Vbi in Sacris literis præceptum inuenies, & non cum Iudæis Sabbatū: ſed prò Sabbato diem Solis ſanctificemus: Vbi alia plurima, quæ hic recenſere foret longius: Sat ſcio nullum ex citatis articulis in ſacra ſcriptura inueniri, qui clarus ſit aut planis ſit, quiq; in dubium uocari non poſsit. Tu tamen hos articulos ad unum omnes credis eſſe ueros, Et quidem benè. Nam tametſi in ſacris literis non legatur, quòd Chriſtus aut Apoſtoli illos docuerint: Tamen conſtat nobis à Spiritu

ritu Sancto ipſos confirmatos eſſe, & hanc ex promiſsione Chriſti ueritatem Eccleſiæ Catholicæ traditam. Ioan. 16.

Eius enim uerbum ratum & firmum eſt aduerſus Diabolum & Orci portas præualens, ubi ait, multa ſe adhuc habere diſcipulis ſuis dicere, ſed non poſſe portare modò, uerùm Spiritum ueritatis uenturum, qui doceret illos omnem ueritatem, & teſtimonium perhiberet de illo.

En Spiritus iſte uenit ad Apoſtolos, & multa patefecit, quæ non docuerat Chriſtus: Iſte quoq; Spiritus uenit ad Apoſtolorũ ſucceſſores .i. Epiſcopos, Paſtores animarum curam gerentes, & quoties

fidei cauſa conuenerant) per ipſos Chriſtianum populum omnẽ ueritatem docuit.

Hoc quoq; noſtro tempore uiſitat ordinatos & legitimè cõſtitutos Epiſcopos & dños animarũ curam gerentes in concilijs, omnemq; ueritatem docet, non ſecus, atq; anteceſſores ad Apoſtolorũ uſq; ſeriem atq; adeò ipſos Apoſtolos in principio docuit.

Propterea in Chriſtiana religione multa ſunt, quæ, tametſi in ſacris literis expreſſè non legantur ſcripta, tamen credimus eſſe uerißima: nam Spiritus S. ſic eſſe nobis per generalia Concilia reuelauit, aut alia aliqua legitima traditione tanquam per manus ad nos tranſmiſit.

Profectò cuilibet Chriſtiano, etiamſi

etiamſi in ſacris literis expreſſe ſcripti non legantur, nõ minus ad ſalutem ſunt neceſſarij hi articuli, quàm illi qui expreſſe in ſacris literis præſcribuntur. Nam & hi & illi ab uno proficiſcuntur Spiritu ſancto, qui errare non poteſt. Diuus Paulus in hac quoq; fuit ſententia, qui à Theſſalonicenſibus pernicioſam doctrinam uolens auertere, ſic ſcribit: Itaq;, fratres, ſtate & tenete traditio» nes, quas didiciſtis, ſiue per ſermo» nem ſiue per epiſtolam noſtram.» Quæ uerba ſatis planè teſtantur religionem Chriſtianam doceri & obſeruari dupliciter, ſcripto uidelicet & dicto, & quòd non minoris ex dicto quam ex ſcripto pendentem religionem facere debeamus, ſiquidem tàm hæc, quã illa Dei eſt. Hunc quoq; lo-

cum uetuſti & ſancti Patres Eccle-ſiæ non aliter interpretati ſunt, inter quos primus eſt Baſilius, quē Theo-doretus lumen mundi nominat, So-crates columnam ueritatis dicit, Gre-gorius Nazianzenus oculū mundi appellat. Dogmata (inquit) quæ in Eccleſia ſeruantur, & prædicantur partim habemus ex ſcripta doctrina, partim ex Apoſtolorum traditione ad nos delata (putà ſemper unum alteri indicaſſe, atq; ità tametſi ſcrip-ta non fuerint ſeruata fuiſſe) in my-ſterio. Vtraq; tamen uim habent eandem ad pietatem: Nemoq; eis contradicet, qui uel modicam ſal-tem Eccleſiaſtici iuris experientiam habuerit. Aſſerit preterea, Chri-ſtianum & ſua ſententia planè Apo-ſtolicum, conſtanter & integrè per-ſeuerare

Theod. lib. 4. cap. 9. Socrat. lib. 4. cap. 23. epiſt. 26. Grego. Naz. in monodia, ſiue oratione funebri, quā habuit de Baſilio.

ſeuerare debere, in huiuſmodi Ca-
tholica, tametſi non ſcripta, tradi- *Baſilius de Spiritu ſancto, cap. 29.*
tione, ab Apoſtolorum tempore,
ſucceſsione quaſi per manus ac-
cepta.

Sed Patrum autoritas non adeò
eſt neceſſaria, Siquidem ipſe Pau-
lus diuerſis in locis planis & diſertis
uerbis hanc ſententiam explicat.

Is Philippenſes in fide confir-
maturus, quoniam per falſos A-
poſtolos à cognita ueritate aberra-
rant, non multa ſcripturæ loca ad-
ducit, ſed ipſos ad Apoſtolorum *Philip. 3.*
uerba relegat, quæ olim ab ipſis
audiuiſſent, Veruntamen, inquit,
ad quod peruenimus (per Apoſto-
lorum conciones intellige) ut idem
ſapiamus & in eadem maneamus re-
gula.

Galatæ quoque ab hac regula decli- Galat.1. nantes, aliter, quàm ex Apoſtolis didicerant, ſentire uolebant. Audite uerò, qualiter Paulus ipſos exceperit: Sed licet nos (ait) aut Angelus de cœlo euãgelizet uobis, præterquàm quòd euangelizauimus uobis, anathema ſit: Et eodem in loco, ut benè intellectam ſententiam fideli mandent memoriæ, iterùm repetit. Et, ſicut (inquit) prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit, præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. Non dicit anathema ſit, ſi quis uobis Euangelizauerit, præter id, quod ſcripſi uobis: Sed, omninò ſcripturæ mentione non facta, uult ipſum anathema eſſe, ſi aliter quis docuerit, quàm ipſe euangelizauerat, aut quàm ipſi corâm ab ipſo acceperant. Hæc

Hæc doctrina, non calamo exarata, non per atramentum aut chartam tradita: ſed per eius os egreſſa uerbum Dei eſt: nõ uult de ea quicquam ſtatuendum eſſe, ſed alias doctrinas huic aduerſantes ut præſentiſsimum uenenum execrabiles.

Cùm diſcipulum ſuum Timotheum de uerbo Dei fideliter adminiſtrando inſtitueret, hortatur eum, ut non ijs niteretur, quæ per ſcripta accepiſſet, ſed in ijs permaneret, quæ ex ipſo didiciſſet. 2.Thim.2

Itidem & reliqui omnes Apoſtoli factitarunt, qui gregem ſuum (ne à Pſeudapoſtolis ſeducerentur) in fide confirmare uolentes, non ſolis ſcripturis, ſed multò magis Dei uerbo, quod ex ore eius acceperant, rem agebant: Vt eo confirmati con-

trà omnes errores poſſent ſe defen-
dere.

Non multò poſt Chriſti aſcenſio-
nem, Diuo Ioanne adhuc ſuperſtite,
accidit ut noſtræ ſalutis indefeſſus
hoſtis Satanas quoſdam pſeudapo-
ſtolos Ebionitas et Gnoſticos appel
latos excitaret, qui de humana & di-
uina Chriſti natura, falſa dogmata
inuexerunt.

Diuus Ioannes contrà iſtos ſcribe
re, & ab iſtis lupis rapacibus ſuo gre-
gi cauendum eſſe oſtendere impul-
ſus eſt. At quomodò negocium ag-
greditur?

Scriptáne doctrina uſus, an quæ-
dã ex uetere uel nouo teſtamẽto lo-
ca citata adduxit, quib⁹ natos hæreſi-
os errores cõuinceret? neutiq̃; Et ta-
mẽ Dei doctrinã adhibuit, qua ſuum
gre-

gregē ab errore defenſum, cōtrà no-
uam hæreſin confirmauit, quæris 1.Ioan.2.
autem, quæ hæc Dei doctrina ſit:
non per atramentum in papyro, ſed
per uocem uiuam in cordibus fi-
delium ſcripta. Vos, quod audi-
uiſtis (ait) ab initio, in uobis per-
maneat. Subiungit autem clauſu-
lam: Si id ſedulò faciant, ſe in filio
& Patre manſuros eſſe: Qua præ-
mium addicit ijs, quià Verbo Dei
etiam non ſcripto, minimè auelli pa-
tiuntur.

Similiter Petri, Iacobi & Iudæ Acto.15.
Epiſtolæ nō ad uerbū Dei ſcriptum
ſed ore prolatū ducunt, quemadmo-
dum & ipſi (ut in actis Apoſtolo-
rum uidere eſt) primo concilio Hie-
roſolymitano in definiendis fidei

Chriſtianæ articulis, non uerbo Dei ſcripto, ſed per Spiritum ſanctum, congregatis patefacto ſuo dederunt ſuffragia: Dicunt enim: Sic uiſum eſt Spiritui Sancto, & nobis. Hic aut illic eſſe ſcriptum non aiunt, & tamen ipſum uerbũ Dei eſſe confirmant. Voluntq́ dogma & eiuſdẽ Concilij decretum pro ipſo uerbo Dei haberi & obſeruari, tametſi in literis nuſq́ ſcriptum ſit. Quare & Apoſtolus Paulus eiuſdem concilij decretum poſteà euangelium nominat (cùm Petrum non rectè ambulare ad ueritatem Euangelij diceret, quòd præter Euangeliũ in edendo legem obſeruaret) de quo nihil in Euangelio præceptum erat, ſed tantum per ipſos Apoſtolos in concilio conſtitutum.

Gal. 2.

Act. 15.

Contrà

Contrà ipſos, qui nihil credendum putant, quàm quod expreſſè in ſacris docetur literis, grauius quiddã auſim dicere, et affirmare ipſos ſanctis Euã-gelicæ hiſtorię ſcriptoribus iniuriam facere & Apoſtolis uim inferre, ſi-quidē ipſis tribuunt, quod nunquàm anteà in mentē uenerat. Cùr hoc in-quies? Euangeliſtæ ſcripſerũt Euan-gelia, Apoſtoli quidã Epiſtolas con-ſcripſerunt, ſed non ea mente, ut ſuis ſcriptis totius Chriſtianæ religionis capita complecti uoluerint, ita, ut ni-hil eſſet credendũ, quàm quod in ijs ſcriptũ legeretur. Imò planè contra-rium deprehendo, et comperio ipſos uoluiſſe ſuis ſcriptis, non tñ ijs ſolis fidē adhibendam eſſe, ſiquidē multa ſunt, de quib. nihil ſcriptũ eſt, ab uno quoqꝫ non minus credenda, quã quę in ſacris extãt literis.

Euangeliſtæ & Apoſtoli nō ideo ſcripſerũt ut uniuerſos fidei Chriſtianæ articulos cōplectãtur

Act. 1. Marcus ſtatim in principio Acto-rum Apoſtolorum, ſe hiſtoriã rerum geſtarum de Chriſto ſcripturum te-ſtatur, ſed de Eccleſiæ ritibus, de om-nium Sacramentorum uſu, de diui-nis myſterijs, ſe ſcripturũ nihil quid-quam promittit.

Ioan. 20. Diuus Ioannes, qui aliquot & tri-ginta annos poſt aſcenſionẽ Chriſti ſuum incepit Euangeliũ conſcribere, planè & disertè confirmat, Ieſum alia multa feciſſe, de quibus in ſuo Euan-gelio nihil ſcripſit: quicquid autem ſcripſerit, ea ſola de cauſa ſcripſiſſe, ut credant Ieſum eſſe Chriſtum Dei fi-lium. Scitote autem, Chariſsimi, poſt illud tempus quendam fuiſſe hæreti-cum Cherinthum nomine, qui Chri-ſtum dei filium negauit. Contrà hoc unum dogma deteſtandum, D. Io-annes ſuũ ſcripſit Euangeliũ. At

Cur Ioannes ſuum conſcripſerit Euangeliũ. Hiero. in Catalogo

At Beatus Ioannes in ſecunda Epi- *2. Ioan. 1.*
ſtola manifeſtè cõfitetur, plura ſe ha- *Epiſtolæ*
bere, quę ipſis ſcriberet, ſed uelle non *Ioannis.*
per ſcripta, ſed coràm colloquendo ea aperire. Plura habens (inquit) nolo per chartam & atramentum. Spero enim me futurum apud uos & os ad os loqui. In eandẽ ſcribit ſententiam in ſequenti Epiſtola ad Caium. Vndè liquidè conſtat ſe nõ in ea fuiſſe ſententia, ut uoluerit Chriſtianæ religionis articulis in ſuis Epiſtolis complecti.

Ipſe quoq; Apoſtolus Paulus, ubi *Epiſtola*
ad Corinthios de uenerabili Sacra- *Pauli.*
mento corporis et ſanguinis Chriſti, *Corin. 11.*
& de alijs quibuſdã Chriſtianæ fidei myſterijs ſcripſerat, ad finẽ adijcit: ſe cætera, cũ uenerit diſpoſiturum. Vnde patet in hac quoq; Epiſtola non omnia religionis capita contineri.

Scribit

1.Theſſ.3. Scribit quoque ad Theſſalonicenſes, ſe ante Deũ nocte ac die orare abundantius, ut uideat faciem illorum, & compleat ea, quæ deſunt fidei illorum: Quod profectò facto nõ opus fuiſſet, ſi ipſis omnes fidei articulos ſcribere uoluiſſet.

Heb. 6. Ad Hebræos quoque planis & indubitatis uerbis fatetur, poſtquàm cũ ijs agat hominibus, qui Catechiſmum & fidei Chriſtianæ articulos didicerãt, ſe ipſos tacitè præterire. Quapropter (ait) intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentię ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, Baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoque manuum, ac reſurrectionis mortuorum & iudicij æterni &c.

Si igitur

Si igitur ipſos docuit, & proculdubio in aliȷs Chriſtianæ fidei articulis iam dudum confirmauit: Ergò in hac Epiſtola, uniuerſa Chriſtianæ religionis capita complecti non uoluit: nam ea de re uerba facere, quam anteà cognouiſſent, oleum eſſet et operam perdere.

Vt paucis dicã omnia, neq; Euangeliſtæ, neq; Apoſtoli ideò ſcripſerunt, ut omnes & ſingulos Chriſtianæ fidei Articulos in ſuis ſcriptis tàm planè & expreſſè ponerent, ut nihil credendũ aut pro uerbo Dei habendum putarent, quàm quod in iȷs expreſſè ſcriptum eſſet: Illi aũt, qui nihil credere uolunt, quàm quod expreſſè ſcriptũ legatur, Euangeliſtis & Apoſtolis faciũt iniuriam, neq; enim (ſicut audiuiſtis) id ipſis unquã in men-

tem

tem uenit: at contrarium ſuis ipſi in ſcriptis docuerunt, nempe quoſdam eſſe noſtræ fidei articulos, quos tametſi non ſcriptos, non minus obſeruare & pro uerbo Dei deberemus agnoſcere, quàm qui expreſſè ſcripti traduntur.

Docet Apoſtolorũ diſcipuli uerbum Dei partim ſcriptũ, partim non ſcriptum eſſe.

At Apoſtolorum diſcipuli & ſucceſſores eodem modo, quo ab ipſis Apoſtolis ſuis preceptoribus didicerant, illos articulos obſeruarunt, & de illis, in ſuis libris pòſt ſe relictis ſcripſerunt.

Niceph. li. 4. ca. 8. Dionyſi. Eccle. Hier. ca. 1

Dionyſius Areopagita, qui Chriſti tempore uixit, quiq; Pauli diſcipulus extitit, ſatis apertè ſuam indicat ſententiam, ſic inquiens: Eloquia diuina duplicis generis ſunt: nimirum, quædã in ſan-

ctis

ctis & Theologicis libris nobis cōmendata, alia prætereà, quæ ex animo in animū, medio intercurrente verbo, ſine literis transfuſa ſunt. Mox ſubiungit: ſiquidem primi illi noſtri Sacerdotales duces Apoſtoli ſumma illa & ſuperſubſtantialia partim ſcriptis, partim non ſcriptis inſtitutionibus, nobis tradiderunt.

Papias quoq; Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus, ſuam hac de re ſententiam non diſsimulat, ſed ingenuè fatetur, ſe non tàm ex ſcripto Dei uerbo, quàm ex Apoſtolorum ore profectis

profectis dictis puram Apoſtolicam fidei ueritatem hauſiſſe. Imò eius ſcripta teſtantur, quòd, ſicubi quiſquam uenerat, qui ſeniorum aſſectator fuiſſet, ſeniorum uerba interrogabat, quid Andreas, quid Petrus, qd Thomas, quid Philipp⁹, quid Simon, quid Iacobus, quid Ioannes, quid Matthęus uel alius quiſpiã ex diſcipulis Domini, quid Ariſtion, & ſenior Ioannes dixerint, nam cogitabat ſe, non tantum utilitatis ex libris, quantũ ex uiua & permanente uoce delaturũ. Vnde quilibet ſatis intelligit, quòd in primitiua & Apoſtolica Eccleſia illud quoq; pro uerbo Dei habitum fuit, quod in ſacris non expreſſè eſſet ſcriptum literis.

Polycarpus quoq; beati Io-

annis diſcipulus, cùm Philipenſes ad rectam uiã, unde aberrauerant, reduceret: nullis alijs uſus eſt argumẽtis, quàm quòd hortaretũ, in eo perſiſtendum eſſe, quod in concionibus præſentes audiuerant.

Hiero. in Catalogo Polycar. in epiſt. ad Phili.

Huius diſcipulus Irenæus Epiſcopus Lugdunenſis Chriſtianæ fidei defenſor maximus, cõtrà Marcionitas, & Valentinianos hac in parte ſui pręceptoris ueſtigia fideliter ſecutus eſt, &, ſicut antè ipſum Ioannes, ſic ille ſuo tempore ortas de fide contentiones ad uerbũ Dei etiam non ſcriptum, ſed aliquo alio modo prædicatum, aut in fidelium hominum cordibus reſeruatum examinauit. Quid autem (inquit) Si neq; Apoſtoli ſcripturas

Irenæus cõtrà hæreſes lib. 3. cap. 3.

Irenæus lib. 3. cap. 4.

" reliquiſſent nobis? Nonne o-
" portebat ſequi ordinē tradi-
" tionis, quam tradiderunt ijs,
" quibus committebāt Eccle-
" ſias? Ordinationi aſſentiunt
" multę Gentes barbarorū eo-
" rum, qui in Chriſto credunt,
" ſine Charactere uel atramen
" to ſcriptā habentes per Spiri
" tum in cordibus ſalutē, & ue-
" terum traditionē diligenter
" cuſtodientes.

Tertull. de præſcrip. hæreticorū. Tertullianus nullo modo admittit, ut cōtrà hæreticos argumentis ex ſacra ſcriptura ductis diſputemus, ait

ait enim hoc modo ipſos propter fal= lacias & mirabilia eorum effugia euadere: Sed potius reſpiciendum eſſe ad uerbum Dei, quomodò il= lud primum à Chriſto ad Apoſto= los, deinde ab Apoſtolis ad ipſorum legitimos ſucceſſores tandē ad nos tanquàm per manus traditum per= uenerit.

Clemens Alexandrinus a= pertè docet doctrinā Dei partim per ſcripturas, partim per conciones conſeruatam. Addit etiam rationes propter quas Deus omnia fidei my= ſteria Scriptis mandari noluerit. *Cleme. Alexand. lib. 1. 5. 7. ſtroma.*

Cyprianus qui ante mille an= nos cōſtanter fidē Chriſtianā ſangui ne ſuo effuſo confirmauit uſq; adeò

" facere non potuit, ut: Poſtquàm ali-
" quot articulos in ſacris literis non
" ſcriptos, attamen obſeruandos re-
" cenſuit, in fine adijciat, non minus
" ratum eſſe, quod dictante Spiritu S.
" Apoſtoli tradiderunt, quàm quod
" ipſe Chriſtus tradidiſset.

Epiphan. Tom.1. lib.3.

Epiphanius docet, contrà hæreſin traditione, quæ per conciones in cordibus fidelium aſſeruatur, utendum eſſe, neque enim omnia à diuina ſcriptura accipi poſſe: & eandē ob cauſam aliqua ſacris ſcripturis, aliqua traditione ſanctos Apoſtolos tradidiſſe.

Chryſoſt. in expoſi. locorum ad Thim. II. & 2. Theſſa.2.

Chryſoſtomus haud dubiè teſtatur, non omnia per epiſtolā, ſed etiam quædam ſine literis Apoſtolos tradidiſſe: eadem uerò fide digna eſſe

eſſe, tàm iſta quàm illa, Itaq; traditionem Eccleſiæ fide dignam putantes nihil quærere amplius oportere, dummodò traditionẽ eſſe conſtet. In eandem ſententiam copioſè & luculenter de eadem materia Auguſtinus diſputat. *Auguſt. epiſt. 118. Hieron. ad Lucianum. & cõtrà Luciferianos.*

Hieronymus, Hilarius, Ambroſius & uterq; Gregorius Nazianzenus Nyſſenusq; & (ut breuiter dicam) oẽs boni, pij & ſancti Patres, necnon Doctores Eccleſiæ, qui ante noſtra tempora Chriſtianam religionem defenderunt, nihil aliud nouerunt, nihil aliud ſcripſerunt, nihil aliud ſibi comiſſum gregẽ de hac materia docuerunt, quàm quòd uerbũ Dei par- *Hilar. de Synodis. Amb. ſuper Pauli epiſt. 1. Cor. 4. Gregor. Nyſſ. in commen. in Eccle.*

tim nõ ſcriptum, partim ſcriptũ ſit, & tàm hoc quàm illud fide dignũ, eodemq́ modo, homini piè Chriſtiano acceptum eſſe debere.

Agite uerò, de hoc quoq́ nos nihil ſingulare aut nouum excogitemus, & quod Paulus, quod reliqui Apoſtoli, quod citati ſancti Patres, Quod ſancta Catholica, id eſt, uniuerſalis Eccleſia ſemel ſtatuit, pium & Euangelicum cenſeamus.

Ideoq́ ex animo ſyncerè credamus, & in contemptum Satanæ & ſocietatis Diabolicæ, publicè & coràm omnibus confiteamur, quòd Pater, Filius & Spiritus Sanctus ſint unus Deus, coæquales in diuina ſubſtantia, Gloria, honore, ſapientia, potentia, & maieſtate, ſed tamen tres diuerſæ perſonæ:

Sic(inquam)credamus tametſi nihil tale expreſſe euangelia uel Apoſtolorum ſcripta præcipiant.

Nos Chriſtum ſeruatorem adorare uolumus,ipſumq́ in omni miſeria & anguſtia inuocare, uirum illum conſpicuum non curantes, qui nuper apud recentiores Euangeliſtas hoc fieri debere eam ſolam ob cauſam negauit, quia nuſquam in Sacris literis expreſsè mandaretur.

Nos ex animi noſtri ſententia palàm, contrà Macedonium, Spiritum Sanctum Deum eſſe pronunciamus: Contrà Græcos, ipſum à Patre & Filio procedere dicimus. Contrà Neſtorium, Chriſtum ſimul eſſe Deum & hominē, ſed unicam tantū perſonā habere, eiusq́

beatiſsimam matrem θεοτόκον appellandam cenſemus. Contra Euticheтem, utranq; naturam humanam pariter & diuinam credimus. Contrà Anabaptiſtas eſſe infantes Baptizandos, aſſerimus. Tametſi his omnibus olim reclamauerint hæretici, ideò quòd nihil in literis tale præciperetur.

Deniq; cõtrà Ebionitas, Marcioniſtas, Nazaræos, Gnoſticos, Manichæos & alios: Euangelia, ſicut à Matthæo, Marco, Luca, Ioanne ſunt tradita ſanctiſsimè & religioſiſsimè prò ſacra & diuina ſcriptura colimus & ueneramur, certò ſciẽtes hanc unam, & non aliam, ſcripturã ueram, ſyn-

ceram

ceram, fide dignam, Authenticam, Canonicam, diuinam, & ſacroſanctam eſſe: quamquam nuſquam in ſcriptis legatur, quippe ſufficit nobis, quòd Spiritus ſanctus in Concilijs (ut ſuprà patet) ſic docuerit.

Poſtremò ipſum uerbum Dei eo modo, quo nobis Spiritus ſanctus uel per ſcripturas, uel per conciones, uel per generalia Concilia, uel per aliquos alios ritus traditũ patefecit, ſanctè & religioſè cum ſum̃a humilitate & maxima gratiarum actione ſuſcipimus, credimus, & amplectimur, nec non ad illud uitam noſtram (quoad fieri poterit) dirigendam inſtituimus: ut cum noſtris præceſſoribus piè defunctis Patribus (qui ſic facientes tàm non ſcripto, quàm ſcripto uerbo Dei crediderunt)

derunt) poſt hanc uitam, perpetuum gaudium & æternam conſequuti ſalutem in ſempiternum uiuamus.

AMEN.

PSAL-

PSALMI DVO DAuidis, Elegiaco Carmine redditi, olim Henrico Syluio Patricio Amſteredamo, Dño ſuo & patrono dedicati.

Eodem Gamerio interprete.

Pſalmus Sextus.

MI Deus infeſtum miſero compeſce furorem,
Et tua terribilis protinus ira cadat,
O miſerere mei fortisq́; tuêre iacentem,
Exime iam morbo pectora noſtra graui.
Effice me tenerum membris animoq́; labantem,
Corporis ingenua proſperitate frui.
Te medico noſtro detur medicina dolori,
Nec renuas noſtræ ferre ſalutis opem.
Sed quæ cauſa uiæ? quæ te mora longa retardat?
An non ſubſidio tu cupis eſſe mihi?

Conciliare pater, pater optime mitior eſto,
Et flectam animum dicta preceſq; tuum.
Libera procedat mens hoc de carcere noſtra,
Sanus ut eſſe tua pro bonitate queam.
Nam poſt fata tui quæ dulcis mentio regni?
Quæ dabitur meritò gratia digna tuo?
Me feſſum gemitu flentem nox plurima uidit,
Et lachrymis noſtri ſtrata madere thori.
Sæpius in tacito ſunt flumina larga cubili,
Quæ noſtris oculis exoriunda forent.
Dum corpus modicos mæror deduxit in artus,
Lumina ſunt uiſus tabida facta mei.
Vndiq; dum luſtro, tot triſtia bella, tot hoſtes,
Non oculus nobis, qui fuit antè, manet.
Vos tamen interea me deuitate nefandi,
Et propè me pudeat compoſuiſſe pedes.
Nam mea uox Domini tandem peruenit ad aures,
Viſaq; non modicè flebilis ipſa fuit.
Præſtitit ille mihi triſtis quæcunq; rogabam,
Et quæſtus facili percipit aure meos.
Quapropter ſubitò uerſos fuga concitet hoſtes,
Et faciat timidos erubuiſſe pudor.

Pſalmus

Pſalmus Septimus.

IAm (quia confido) tua me clementia ſeruet,
Mi Deus & noſtros auferat illa metus,
Me precor infeſto timidum defendat ab hoſte,
Liberet hoſtili corpora noſtra manu.
Ne mox ille ſuas in me ſimul euomat iras,
Aut caput hoc pedibus deprimat ille ſuis.
Ne mihi correpto ſæui de more Leonis,
Viſcera per uilem mortua ſternat humum.
At Deus illius ſi mens eſt conſcia culpæ,
Si uideor ſontes has habuiſſe manus.
Si malefacta malis, ſi fraudem fraude rependi,
Si bona de meritis hoſtibus ulla tuli:
Tùm cupiam noſtrum ſectari corpus ab hoſte,
Membraq́; rupturo dilanianda dari,
Pectora perpeterer terris illiſa reuelli,
Et cuperem laudes non ſupereſſe meas.
Quarè age ſumme Deus grauiter commotus ab ira,
Sæua nimis ſæuis hoſtibus arma moue.
In ſolio reſidens turba ſtipante uirorum,
Tu decreta pio reddito iura mihi.
Atq; ita cum fueris iudex elatus in altum,
Iudicij cepti cauſa ſit iſta tui.

O Deus

O Deus, ò populi ſemper iuſtiſsime uindex,
Si placeam noſtra ſimplicitate ſat eſt.
Iuſte Deus de me ſententia iuſta feratur,
Vt mea perpetuò mens mihi iuſta fuit.
Verbere prauorum diro malefacta coerce,
Et ſeruent homines uincula preſſa malos.
Confirmato probos, & (ut es iuſtiſsimus ipſe)
Fac iuſtos ſtabilem ſemper habere domum.
Tu ſiquidem ſcrutans humanos ordine ſenſus,
Scis quæ ſub tacito pectore clauſa latent.
Tu mihi præſidium, tu fida mente patronus,
Te duce ſe referunt ad loca tuta boni.
Iuſtus enim Deus es, bonus es, Deus optime, iudex,
Exhortans animos uſq; minando feros.
Non tamen hic ſolum nulla ratione mouetur,
Nec petit ut poſsit uera redire ſalus:
Sed gladios etiam ſtrictos modò corrigit arte,
Sanguine mucro ſui lucidus enſis eget.
Mortiferum telum tenſo componit in arcu,
Et ſua lætali ſpicula felle madent.
Flagitio grauidus facinus iam parturit atrox,
Et pariens edet mox furiale nefas.
Fluminis inferni celatur imagine foſſa,
Inq; cauas foueas, quas parat, ipſe cadet.

In caput autoris facinus crudele recurret,
Et uitij cultus pernicioſus erit.
Aſt ego ſupremi celebrabo nomina patris,
Et dabo tám iuſti numine digna Dei,

Ο ΠΑΥΛΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΙΣ Α. Ι.
οὐαὶ δέ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.

INGOLSTADII EX-
cudebant Alexander & Sa-
muel Vueiſſenhornij.

Anno M. D. LXV.